

versale potest dividi in plura de quibus prædicatur, ut *homo* in Petrum, Johannem &c. ita singulare in plura de quibus prædicetur, dividi nequit; sicut e. g. Petrus non potest dividi in plura alia individua de quibus univocè prædicetur.

118. Hoc singulare seu individuum solet quadruplex constitui, quæ tamen diversitas non tam ad rem ipsam, quam ad modum, eam significandi pertinet.

119. Primò igitur singulare significatur per nomen proprium, e. g. *Alexander, Darius, Romulus*, 2. interdum significatur nomine communi præfixò pronomine demonstrativò, ut *hic lapis, iste homo*; 3. interdum significatur per nomen commune, ut subintelligatur aliqua hypothesis, e. g. *Filius Mariæ*, significatur hic singulare aliquod nempe **CHRISTUS**, per nomen commune, ut subintelligatur hæc hypothesis, quod Mariæ unus tantum fuerit Filius, ipse scil. Salvator noster. 4. Significari aliquando solet nomine communi cum præfixò signò particulari, quod vocant individuum vagum, ut: *Quidam homo*.

120. Nota. quæ in certum est, cum n. dicitur quod non  
suum nomen, sub dubio velingis platonem ne  
intelligas an euevatem, an aliam quemquam  
tm. a dicitur de de uni homine loqui. hnd.  
faciunt cum. Org. Arist. p. 7.

Ebel. comp. log. l. I. c. 4. ita:  
singulare est, q. vobis res signifi-  
cata, non h. un. rei conve-  
nit, et eaz. p. dicitur: n. g. Petrus:  
dicitur a. vobis rei significata: et si  
n. Petrus et plurib. dici queat, res  
tm. significata, q. e. hic h. o. tm. qm  
et terminaty et individus plu-  
rib. non convenit.